

(3) *Cuique suum tempus; & musica, & silentio; Coh. A quodam execratione, absolute improbari nequit. Cautione tamen opus hic insigni. L. de Votis.*
III, 1. &c. Prov. XXV, 20. imò *musica intempestiva pœna locò convertitur in ululatum: Amos. VIII, 3. 10.*

USUS E VERSU III.

(1) *Miseris per insultationes & sarcasmos non est addenda afflictio: Thren. I, 12. IV, 21. Matth. XXVII, 40. Pf. LXIX, 21. Sir. IV, 3. Jer. XLIX, 16. Ezech. XXV, 3. XXXV, 11. Mich. VII, 8.*

(2) *Captivitas vel exilium extra patriam, inter arumnas computanda precipuas. L. de Cruce.*

[3] *Flendum cum flentibus: Rom. XII, 15.*

(4) *Cantilenæ semper in prætiò fuere apud pios: v. præc. II.*

(5) *Cantica sacra, vel Sionæa, imò & melodias, profanarn in gratiam mundanorum, (Babyloniorum,) graviter impingit contra præc. II.*

USUS E VERSU IV.

[1] *Absurdissimum sit maneatque piis mentibus, locò ac tempore incompetente, in gratiam scurrarum, sanctum canibus projicere: Matth. VII, 6.*

(2) *Huc profanatio dictorum phrasumque biblicarum, itemque cantilenarum devotarum, &c.*

[3] *Locorum discrimen (v. g. inter terram sanctam & terram peregrinam,) sublatum in N. T. Joh. IV, 21.*

(4) *Letari, dolente Hierosolymâ, prorsus inexcusabile: Amos. VI, 6. Jes. V, 12.*

USUS E VERSU V.

(1) *Hierosolyma devastata recordandum jugiter, ut ingratitude propriam deploremus, iram Dei metuemus, & aliorum damnò sapere discamus.*

(2) *Obstringere se ad certum pietatis officium, sub certâ*

quodam execratione, absolute improbari nequit. Cautione tamen opus hic insigni. L. de Votis.

(3) *Dextra dispendium, quoad musicam & quavis obervanda alia negotia, omninò magnum est.*

USUS E VERSU VI.

(1) *Lingux donum, quanti aestimandum sit, docebant muti &c.*

(2) *Extolli debet Jerusalem seu Ecclesia ob bona inibi reposita incomparabilia. L. de Ecclesia.*

(3) *Gaudia dantur & illicita, & licita, vulgaria & singularia; nil tamen superare debet gaudium ob bona ecclesiastica vel spiritualia.*

USUS E VERSU VII.

[1] *Hostibus, quando, & qualibus, & quomodo, & quare imprecari liceat, vide in L. de Orat.*

(2) *Desolationem aliorum procurare haut licet, nisi id fiat jussu aut locò Dei: Jer. XLVIII, 10.*

USUS E VERSU VIII.

(1) *Instat malorum compensatio, reservata Deo: Deut. B XXXII, 35. Rom. XII, 19.*

(2) *Babel typus regni antichristiani.*

[3] *De pœna talionis Jes. XXI, 2. XXXIII, 1.*

(4) *Executores div. judiciorum certò modò beati prædicandi.*

USUS E VERSU IX.

(1) *Infantium apud Deum singularis habetur ratio: Jon. IV, 11.*

(2) *Quandoque tamen delendi iidem ob majorum flagitia.*

(3) *Crudelitas allidentium infantes ad saxa, terroris est, non imitationis. Conf. Luc. IX, 55.*

PSALMI CXXXVIII. DISPOSITIO.

Reges canent celsum Deum. Gratulatio redemptorum.

Habetur hîc I. Celebratio Dei quoad personam Davidis: ubi (1) actus: *celebro; psallo; v. 1. adoro, v. 2.* (2) objectum: *Te: (3) modus, tum sincerè: totò corde meo, tum palàm, coram Dii: v. 1.* (4) locus: *ad templum tuum sanctum: v. 2.* (5) ratio (a) *ob gratiam tuam: (b) ob veritatem tuam: (c) ob magnificam tua eloquia: v. 2.* (d) *ob exauditionem mei; (e) ob concessum animæ meæ robur: v. 3.*

II. Quoad omnes terræ reges, qui & ipsi mecum (1) *celebrabunt Jehovam: (2) ratio (a) audient verba oris tui: (b) vias Domini*

cantabunt: (c) magna est Domini gloria: v. 5. (d) quia excelsus est Jehova & (e) nihilominus intuetur humilem: (f) elatum eminens cognoscit: v. 6.

III. Davidis precatio; cujus (A) fundamentum, fiducia ex prioribus beneficiis: (1) *vivificas me in mediis angustiis incedentem: (2) oppugnas hostes meos: (3) salvas me dextrâ tuâ: v. 7.* (B) Spes: *Dominus undique circa me perficiet munitionem.* (C) Petitio ipsa: *opera manuum tuarum ne deseras, ratio: gratia tua est æterna: v. 8.*

PSALMUS CXXXVIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

אֲדַבֵּר Celebrabo te:) vel hâc ipsâ hora incipiam, omnibusque subsequentibus memor ero hujus mei erga Deum officii; ita ut futurò hîc indicetur actus continuus, debitus, confverus. Satis crebro autem hâc ipsâ vece usum videmus esse Davidem, v. g. *Psalm. xviii, 50. celebrabo te inter gentes Domine: Psalm. xxxv, 18. אֲדַבֵּר* in con-

gregatione magnâ *Psalm. LII, 11. אֲדַבֵּר* in seculum: *LVII, 10. אֲדַבֵּר* in populis Domine: vid. idem *Psalm LXXI, 22. LXXXVI, 12. CVIII, 4. CXVIII, 21. CXIX, 7. Campensis: fatebor te verum Deum, idque toto pectore.*

כְּכַר Junius & Piscator; *ex totò:) verum commodius dicitur (כ) ablativum instrumenti designare.*